



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCXLIX. ad annum DCLXXVI.

Parisiis, 1644

II. Non debere metropolitanum a confinitimorum instructione cessare.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15300

I.

5. q. 4. In loco. Iuo par. 4. cap. 245. Ansel. in principio.
* nullus debet
* perturbare;
* nullus
* disceptationibus
Iacob. 1.
1sa. 32.
* confidentium consultationibus
* sensus audientium turbent;
* iudicii
Proverb. 22.
* dedecore de confessione

In loco benedictionis confidentes domini sacerdotes * nullis debent aut indiscretis vocibus per-
 strepere, aut quibuslibet tumultibus * perturbari;
 * nullis etiam vanis fabulis, vel risibus agi, & quod
 est deterius, obstinatis * concertationibus tumultuo-
 sas voces effundere. *Si quis enim* (vt Apostolus ait)
putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam,
sed seducens cor suum, huius vana est religio. Cultum
 enim suum iustitia perdit, quando silentia iudicii
 obstrepentium turba confundit, dicente prophe-
 ta: *Erit cultus iustitiæ silentium.* Debet ergo quid-
 quid aut * contententium collationibus agitur, aut
 accusantium parte proponitur, sic mitissima verbo-
 rum relatione proferri, vt nec contentiosis voci-
 bus * audientiam turbent, nec * iudicantium vigo-
 rem de tumultu eneruent. Quicumque ergo in con-
 uentu Concilii hæc quæ promissa sunt violanda
 crediderit, & contra hæc interdicta, aut tumultu,
 aut contumeliis, vel risibus Concilium perturbaue-
 rit, iuxta diuinæ legis edictum, quo præcipitur:
Eiuce derisorem, & exhibit cum eo iurgium, & cum om-
 ni * confusionis dedecore abstractus a communi
 cœtu secedat, & trium dierum excommunicatio-
 nis sententiam perferat.

II.

f Quantum quis præcelsi culminis obtinet lo-
 cum, tanto necesse est præcedat ceteros gratia me-
 ritorum; vt in eo quod præsidet singulis, singulari-
 ter ornetur eminentia sanctitatis, habens semper in
 ore

ANNO
CHRISTI
675.

ore gladium veritatis, & in opere efficientiam lumi-
nis: *vt, iuxta Paulum, potens sit exhortari in doctrina Tit. 1.*

sana, & contradicentes reuincere. Nos proinde no-
stri ordinis gradum, vel suscepti regiminis modum
magnopere cogitare debemus: vt qui officium
prædicationis suscepimus, nullis curis a diuina le-
ctione priuemur. Nam quorumdam mentes ponti-

* torpo-
ris

ficum ita * corporis otio a lectionis gratia secludun-
tur, vt quid doctrinæ subditis exhibeat gregibus,
non inueniat præco mutus. Insistendum ergo sem-
per erit maioribus, vt quos sub regiminis sui cura
tuentur, fame verbi Dei perire non finant. Sic me-
tropolitanis in confinitimos, ceterosque ecclesia-
sticis ordinibus deditos; sic confinitimis in com-
misso sibi religiosorum numero vigilandum est,
qualiter nescientia talium diuinæ legis traditioni-
bus imbuatur: ita vt indefinente sollicitudine præ-
latus quisque subditos quærens, aut profectum eo-
rum lætabundus agnoscat, aut nescientiam sine ar-
rogantia instruat. Placuit ergo de talibus, iuxta in-
stituta Toletani Concilii hoc specialiter definire, *Ostani c. 8.*
vt aut sponte sumant intentionem necessariam per-
discendi, aut a maioribus ad lectionis exercitia co-
gantur inuiti.

III.

De his qui contra Apostoli voluntatem circum-
feruntur omni vento doctrinæ, placuit huic sancto
Concilio, vt metropolitanæ sedis auctoritate coacti
vniuscuiusque prouinciæ * pōtifices, rectoresque ec-
clesiarum, vnum eundemque in psallendo teneant
modum; quem in metropolitana sede cognoue-

* eius

Concil. Tom. 15.

Ttt

*Ephes. 4.
Distinct. 12.
De his qui.*

*De hac etiã
re est in *
Conc. Tol.
IV. cap. 2.
dictum.*